

In Prioratibus in quibus Abbates nondum fuerint, nunquam eligentur

Exemptio omnimoda ab omni gravamine decimarum

& Dominicatarum, quas vocant

Episcopi locorum solam facultatem habeant, curam animarum Presbyteris a Monachis electis concedendi

& Ecclesias consecranda; sed sine pretio

Bona omnia Monast. propria, vel que in futurum acquirantur, eidem confirmantur

Esti Germani: In Cameracensi Hunoldi curtis: In Rothomagenfi Abbatia apud Pontiferam: In Taruvarenfi S. Wlmar, sine Cluniacensis Abbatu confilio Abbas nullatenus eligatur. Ad hac adjuicimus, ut in omnibus Prioratibus, & Cellis, quæ, sine proprio Abbate, vestro regimini subiecte sunt, nullus futuris unquam temporibus Abbatem ordinare præsumat; sed tam Prioratus ipsi & Cellæ, quàm & cætera in quibuslibet locis omnia, quibus Cluniacensis Ecclesia, Arvernensis Concilii, quod per supradictum Papam Urbanum celebratum est, tempore investita erat, de quibus tunc nulla quæstio mota est, tam tibi quàm successoribus tuis in pace semper & quiete serventur. Pro Altaribus & Ecclesiis five decimis vestris, nulli Episcoporum facultas sit, gravamen aliquod vobis, aut molestias irrogare; sed sicut eorum permissione quædam ex parte, quædam ex integro habuistis, ita & in futurum habeatis. Ecclesiarum vestrarum decimas, quæ a laicis obtinentur, si secundum Deum eorum potestati subtrahere vestræ religionis reverentia poterit, ad vestram & pauperum gubernationem vobis liceat possidere. Decimas laborum vestrorum, pro quibus tam vos quàm alios Monasticæ Religionis viros inquietare Episcopi consueverunt, illorum videlicet, quos Dominicaturas appellant, qui vestro sumptu a Monasteriis & cellarum vestrarum clientibus excolluntur, sine omni Episcoporum, & Episcoporum ministrorum contradictione, deinceps quietius habeatis, quæ vestra peregrinis fratribus & pauperibus erogatis. Ecclesiæ omnes, quæ ubilibet positæ sunt, seu cappellæ vestræ, & cimiteria, libera sint, & omnis exactionis immunita, præter consuetam Episcopi paratam & iustitiam in Presbyteros, qui ad versus tui Ordinis dignitatem offenderint. Liceat quoque vobis, seu fratribus vestris, in Ecclesiis vestris Presbyteros eligere; ita tamen, ut ab Episcopis, vel ipsorum Vicariis, animarum curam absque venalitate suscipiant: quam si committere illi, quod absit, ex pravitate noluerint, tunc Presbyteri ex Apostolicæ Sedis benignitate officia celebrandi licentiam consequantur. Ecclesiarum vero, seu Altarium consecrationes, si Diocesani Episcopi gratis noluerint exhibere, a quolibet catholico suscipiatis Episcopo. Nec cellarum vestrarum, ubilibet positarum, fratres pro qualibet interdictione vel excommunicatione, divinorum officiorum suspensionem patiantur; sed tam Monachi ipsi quàm & famuli eorum, & qui se Monasticæ professioni devoverunt, clausis Ecclesiarum januis, non admittis diocesanis, divinæ servitutis officia celebrent, & sepulture debita peragant. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permancant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: In Burgundia, Ecclesiam de Villafrauca, Ecclesiam de Barberiaco, Monasterium de Prims: In Francia Ecclesiam Montis-desiderii, Ecclesiam de Dompetra: In Provincia Monasterium iuxta montem Pessulanum: In Tolerano Episcopatu Ecclesias S. Columbe: In Hispania Nazeram, sanctum Isidorum, sanctum Zoilum de

Quarrione sanctum Romanum de Pennis, Villam viridem, Villam francam, Vallam viridam, Palumarum, Bodinum, Vimineriam, sanctum Martinum de Nehda, sanctum Vincentium de Salamantica, S. Columbam de Burgis, Corvilanam, quæ propriè Cluniacensi Monasterio datæ sunt: Item in Nivernensi Episcopatu Monasterium de Albinaco, quod ad caritatem: In Francia Monasterium de Causiaco, quod ad S. Martinum de Campis, Canonicalem de Abbevilla pertinet: Infulam Grave longe cum pertinentiis. Prohibemus autem, ut infra Parochias, ad jus Cluniacensis Monasterii pertinentes, absque Cluniacensis Abbatis assensu nullus Ecclesiam vel Cappellam ædificare præsumat: salvâ in omnibus Apostolicæ Sedis auctoritate. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem Loco iuxta servandis sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant Amen.

EGO EUGENIUS Catholica Ecclesiæ Episc. Eugeni PP.



- Ego Conradus Sabinensis. Episc. fs.
Ego Albericus Ostiensis Episcopus fs.
Ego Imarus Tusculanus Episcopus fs.
Ego Gregorius Presb. Card. S. Calixti fs.
Ego Guido Presb. Card. S. Chrysogoni fs.
Ego Ubaldus Presb. Card. tit. S. Praxedis fs.
Ego Ubaldus Presb. Card. tit. SS. Joannis & Pauli.
Ego Gilbertus indignus Sacerdos sanctæ Romanæ Ecclesiæ fs.
Ego Guido Presb. Card. tit. S. Laurentii & Damasi fs.
Ego Nicolaus Presb. Card. tit. S. Cyriaci fs.
Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Sabine fs.
Ego Aribertus Presb. Card. S. Anastasie fs.
Ego Ubaldus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem fs.
Ego Villanus Presb. Card. tit. S. Stephani in Cœlio monte fs.
Ego Bernardus Presb. Card. tit. S. Clementis fs.
Ego Jordanus Presb. Card. tit. S. Sufannæ fs.

& S. R. E. Cardinalium subscriptiones

Ego

Decretum, ne in parochiis ad Monast. spec. raneibus, he. clis, vel capelle abs. que Abbatis licentia constituantur. Omnimoda exemptio ab omni molestia, vi. di. minutione, c. confirmatione privilegii huius.

- Ego Otto Diaconus Card. S. Georgii ad Velum aureum fs.
Ego Guido Diaconus Card. SS. Cosmæ & Damiani fs.
Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano fs.
Ego Gregorius Diac. Card. S. Angeli fs.
Ego Astaldus Diac. Card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ fs.
Ego Joannes Diac. Card. S. Mariæ novæ fs.
Ego Bernardus Diac. Card. S. R. E. fs.
Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu fs.
Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Via lata fs.
Ego Cinthius Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi fs.
Datum Transtiberim per manum Roberti S. R. E. Presbyteri Card. & Cancellarii. XV. Kalen. Mart. Indiæ. IX. Incarn. Dom. MCXLVI. Pontificatus autem Domni Eugeni Papæ III. ann. I.

Dat. die 15. Februarii an. Dom. 1146. Pont. ann. 1.

XIII.

Confirmatio privilegiorum omnium, a Regibus Francorum Burdigalensi Ecclesiæ concessorum.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus, Gaufrido Burdegalensi Archiepiscopo, ejusque suffraganeis Episcopis, videlicet Agenniensi, Engolismensi, Sanctuavenensi, Pictaveni, Petragoricensi, & universis Abbatibus per eandem provinciam constitutis tam presentibus quàm futuris, in perpetuum.

Ex Concil. To. X. c. 162.

Exordium.

Privilegia, quæ intuitu libertatis sacrosanctis Ecclesiis a Romanis Pontificibus, vel catholicis Regibus conferuntur, nulla debent temeritate convelli, nulla temporum varietate turbari. Quædammodum enim catholica mater Ecclesia in spiritualibus sine macula & ruga multimoda virtutum fragrantia, & nitore clarescens in temporalibus nulli servituti, nulli mundanæ conditioni eam convenit subacere. Quæ cum ita sint, libertatem ab illustribus viris Ludovico Patre egregiæ recordationis, & Filio ejus Ludovico, Francorum Regibus, Ecclesiis Burdegalensis provinciæ collatam, eorumque privilegii roboratam, nos, Prædecessorum nostrorum bonæ memoriæ, Innocentii videlicet & Lucii, Romanorum Pontificum, vestigiis inherentes, nostri favoris assertionem firmamus, & ratam & inconvulsam futuris temporibus observari præcipimus: Ut videlicet tam in Burdegalensi Sede, quàm in aliis Episcopalibus Ecclesiis, vel Abbatibus ejusdem provinciæ, in Episcoporum electionibus vel Abbatum, canonicam habeatis libertatem, absque homini, juramenti, seu etiam fidei per manus datæ, obligatione. Porro quod a Prædecessoribus nostris in generalibus est constitutum Conciliis, res & bona universa Burdegalensis Archiepiscopi, & Suffraganeorum Episcoporum, vel Abbatum decedentium, successorum usibus illibata servari pariter & inconvulsa apostolica auctoritate decernimus. Adjicientes etiam, ut omnes Ecclesiæ infra supradictam Provinciam constitutæ, prædia, possessiones, & universa ad ipsas pertinentia, secundum privilegia, iustitias, & bonas consuetudines

Privilegia a Francorum Regibus Ecclesiis Provincie Burdegalen. concessa confirmat.

Libertatem in electionibus observari mandat.

Episcoporum, & Abbatum decedentium bona resque ad Successores res spectant. eadem decernit. Eisdem bona omnia confirmat.

Bull. Rom. Tom. II.

suas integra & inconvulsa possideant: atque, ut dictum est, in omnibus Ecclesiis, eorumque ministris, & possessionibus vestris canonicam habeatis in omnibus libertatem: salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate. Nulli ergo hominum fas sit vos, vel Ecclesias vestras super hac nostrâ constitutione temerè perturbare, aut aliquam vobis exinde contrarietatem inferre. Si quis autem huic nostræ constitutioni ausu temerario contraire tentaverit, si non reatum suum congruè emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, & omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus indignationem incurrat, & excommunicationi subjaceat; Conventantes vero, eorumdem Apostolorum benedictionem & gratiam consequantur. Amen.

Clausula.

EGO EUGENIUS Catholica Ecclesiæ Episcopus Eugeni PP.

subsc. & S. R. E. Cardd. subscriptiones.

- Ego Conradus Sabinensis Episcopus subsc.
Ego Albericus Ostiensis Episcopus subsc.
Ego Imarus Tusculanus Episcopus subsc.
Ego Guido Presb. Cardinalis tituli sancti Chrysogoni subsc.
Ego Ubaldus Presb. Cardinalis tituli sanctæ Praxedis subsc.
Ego Guido Presb. Cardinalis tituli sancti Laurentii & Damasi fs.
Ego Jordanus Presb. Cardinalis tituli sanctæ Sufannæ subsc.
Ego Otto Diaconus Cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum.
Ego Guido Diaconus Cardinalis sanctorum Cosmæ & Damiani subsc.
Ego Octavianus Diaconus Cardinalis sancti Nicolai in Carcere Tulliano subsc.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis sancti Angeli subsc.

Datum Sutrii per manum Roberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarii VIII. Kalendas Maii indictione IX. Incarnationis Dominicæ anno MCXLVI. Pontificatus vero Domni Eugeni Papæ anno II.

Dat. die 11. Aprilis anno Dom. 1146. Pontif. ann. 2.

XIV.

Confirmatio Ecclesiæ Reichenpergensis Ordinis Canonicorum S. Augustini.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Gerhoho Reichenpergensis Ecclesiæ Præposito, ejusque fratribus, tam presentibus quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Ex Metropol. Sali. burgen. Hundt. T. III.

Desiderium, quod ad Religionis propositum, & animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere: & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Quia sicut iniusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima & iusta desiderantibus, nulla est differenda petitio. Hujus rei gratiâ, dilecti in Domino filii, prædecessoris nostri, felicitis memoriæ Papæ Innocentii vestigiis inherentes, necnon venerabilis fratris nostri Conradi Salisburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi precibus inclinati, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium vestrum, quod est in

Exordium.

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apost. recipit.

P p

Epi.

Regulamque S. Augustini inibi servari jubet.

Bona omnia ac possessiones eidem confirmat.

Eadem bona enumerat.

Jurisdictioni Episcopi in iis, que ad Sacramenta pertinent, subicit.

Eximit vero ab omni molestia, que ei ab Advocato seu Subadvocato inferri possit.

Præpositum ad solis Canonici eligi jubet.

Cui ætati perfectam exhibeant obedientiam.

Episcopatu Pataviensi, in fundo Saltzburgeris Ecclesie situm, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut tam in vestro, quam in Monasterio Sanctimonialium vobis subdito Ordo Canonicus juxta B. Augustini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conserventur. Præterea quascumque possessiones, quacumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permanent: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: fundum videlicet, & plebem Richerspergensis cum decima & jure Parochiali, cappellam sancti Martini cum pertinentiis suis, vineas in Aschà, villam Chrouvat & reliqua prædia a Werhero Loci ipsius fundatore vobis oblata, decimas Brambergensis Ecclesie ac novallium Pataviensis Sylvæ a prædictis Parochiis usque ad terminos Ungaricos pertinentis, venerabilis fratris nostri Conradi Saltzburgeris Archiepiscopi privilegio vobis firmatas; patellam salis & alia prædia ab eodem Episcopo data; Hestat, & alia prædia, que Ruodbertus justè obtulit; prædia, que Fridericus donavit; prædia, que fuerunt Egelolfi & Eberhardi cum eorum decimis, ab Episcopo Frisingensi rationabiliter vobis concessis; & vineas emptas in Chremesà, & ea que Dux Luipoldus jure suo contulit. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere præsumat. Ecclesiastica nimirum Sacramenta a Diocæsano suscipietis Episcopo, vel a Saltzburgeris Archiepiscopo, si quidem gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habuerit, & si ea gratis & sine pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis pro eorumdem Sacramentorum susceptione Catholicum, quem malueritis, adire Anrifestem, qui nostra fultus auctoritate, que postulatis, indulgeat. Et quia sic Locus Ecclesie principalis sit Advocatus, neque ipsi, neque alicui eundem Locum liceat injustis gravaminibus infestare. Quod si fecerit, & vobis conquerentibus non emendaverit, consilio præfati Archiepiscopi, ipsa advocatia ab inutili auferatur, & allus loco ejus substituatur. Obeunte verò te, hunc ejusdem Loci Præposito, vel ad alterius Ecclesie regimen transeunte, sive tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur vel substituatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Augustini regulam canonicè providerint eligendum. Addentes etiam interdiximus, ut nemini professionis vestre facultas sit, alicujus levitatis infunctu, vel actionis Religionis obtentu, sine Præpositi vel Congregationis licentia discedere. Quod si discesserit, nullas Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum, sine communium literarum cautione suscipiat: quamdum videlicet in Ecclesia vestra Canonici Ordinis tenor, Domino præstante, vigerit. Si verò secundò, vel tertio vocatus redire contempserit, liceat ejusdem Loci Præposito, canonicam in eum proferre sententiam. Sepulturam quoque ipsius Loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & eorum extreme voluntati, nisi fortè excommunicati & interdicti sint, nullus obstet: salvà justitiâ Matricis Ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvà Sedis Apostolicæ auctoritate, & præfati Archiepiscopi & Pataviensis Episcopi canonicâ justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

dem Loci Præposito, canonicam in eum proferre sententiam. Sepulturam quoque ipsius Loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & eorum extreme voluntati, nisi fortè excommunicati & interdicti sint, nullus obstet: salvà justitiâ Matricis Ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvà Sedis Apostolicæ auctoritate, & præfati Archiepiscopi & Pataviensis Episcopi canonicâ justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

EGO EUGENIUS Catholicæ Ecclesie Episcopus.

Ego Albericus Ostiensis Episcopus s.

Ego Imarus Tusculanus Episcopus s.

Ego Otavianus Diaconus Cardinalis sancti Nicolai in Carcere Tulliano s.

Ego Rainerius Presbyter Cardinalis tituli sancte Priscæ s.

Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis SS. Joannis & Pauli s.

Ego Aribertus Presbyter Cardinalis tituli sancte Anastasie s.

Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tituli sancte Sabinæ s.

Ego Villanus Presbyter Cardinalis tituli S. Stephani in Celio monte s.

Ego Bernardus Presb. Card. Tituli S. Clementis s.

Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis tituli sancte Crucis in Hierusalem s.

Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu s.

Ego Petrus Diaconus Cardinalis sancte Mariæ in Via lata s.

Ego Cinthius Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi s.

Dat. Sutrii per manum Roberti sancte Romanæ Ecclesie Presbyteri Card. & Cancellarii, IV. Nonas Maii, Indictione IX.

per

Libertatemque concedit quoscumque inibi sepelendi petierint, ecclesiasticis non sine innotati.

Omni enim moliam cujus curaque personæ ab eadem repellit Ecclesia.

Sub pena excommunicationis.

Hæc Decretum servantibus bene precans.

Eugenii PP.

& S. R. Ecclesie Card. subscriptiones.

Dat. die 4 Maii anno Dom. 1146 Pontificatus.

X V.

Sequitur aliud simile privilegium pro Ecclesia sancti Zenonis Hallen.

ibi.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Henrico Præposito Ecclesie sancti Zenonis Hallensis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quoniam sine veræ cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicæ auctoritati, religiosas personas diligere, & earum quieti, auxiliante Domino, providere. Eapropter, dilecti in Domino, filii venerabilis fratris nostri Conr. Salisburgeris Episcopi precibus inclinati, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam S. Zenonis Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus: In primis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus secundum B. Augustini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Quascumque præterea possessiones, quacumque bona, tam ex dono præfati Archiepiscopi fundatoris loci vestri, quam aliorum Dei fidelium, impræsentiarum justè & canonicè possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Curtem sitam ante portam ejusdem Ecclesie cum appendiciis suis, & prædium quod dicitur Suante, ex dono ipsius Archiepiscopi; quicquid juris habetis in decima salis, qui coquitur de fonte Halle: ex dono Ebonis, Facconis, & Babonis aquas, quas in eodem fonte ad sal coquendum habetis; Prædium situm in loco, qui dicitur Ocheim, cum appendiciis suis; ex dono Sigbotonis prædium, quod dicitur Unchen; ex dono Henrici filii Etechonis & fratris ejus prædium, quod dicitur Nuterpoim cum omnibus pertinentiis. Statuimus, ut in Ecclesiis vestris, in quibus fratres vitam Canonicam professi degunt, nulli omnino post factam in locis vestris canonicam professionem exinde liceat sine communi Congregationis permissione discedere; discedentem verò nullus audeat retinere. Si vero post secundam vel tertiam commonitionem redire contempserit, liceat ejusdem loci Præposito canonicam in eum proferre sententiam. Sane ipsa plebs Hallensis, sicut a jam dicto Archiepiscopo canonicè statutum est, a nullo successorum suorum vobis auferatur, sed in dispositione Præpositi vestri permaneat. Ad hæc adjicientes statuimus, ut cappellæ, que infra terminos parochialis Ecclesie Hallensis fundate sunt, sicut ab ipso Archiepiscopo rationabiliter provifum est, eidem matrici Ecclesie subiaceant. In futuro autem, absque assensu Præpositi vestri, novas in ipsa parochia cappellas edificari prohibemus: salvà nimirum Sedis Apost. & proprii Episc. auctoritate. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & extreme voluntati, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obstet: salvà justitiâ matricis Ecclesie. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. August. regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam locum temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvà Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocæsani Episcopi canonicâ justitiâ & reverentiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

mus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & extreme voluntati, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obstet: salvà justitiâ matricis Ecclesie. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. August. regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam locum temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvà Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocæsani Episcopi canonicâ justitiâ & reverentiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Viterbii per manum Baronis S. Romanæ Ecclesie Subdiac. X. Kal. Octob. Indict. X. Incarnationis Dominicæ an. MCXLVI. Pontificatus vero Domini Eugenii PP. III. anno II.

X VI.

Concessio privilegiorum Ecclesie de Widberg Ordinis Præmonstraten. Bambergen. Diocæsif.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Gebhardo Præposito Ecclesie de Widberg, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Desiderium, quod ad Religionis propositum, & animarum salutem pertinere cognoscitur, animo nos deest libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus: Statuentes, ut quascumque possessiones, quacumque bona impræsentiarum justè & canonicè possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam videlicet Saizcovæ cum adjacente allodio & omnibus

Dat. die 26. Septemb. an. Dom. 1146. Pont. an. II.

Exordium.

Ecclesiam. hanc sub protectione Sedis Apost. recipiat.

Bona omnia, Principumq; oblationes eidem confirmat.